

The *Lucula noctis* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

Scriptura sacra bc (2)

Libeat ergo cum eodem ibidem capitulum sigillare,
dicente:

“Quid prodest in mundanis proficere doctrinis et
inanescere in divinis, caduca sequi figmenta et
celestia fastidire? Cavendi igitur sunt tales
libri et propter amorem sanctarum scripturarum
vitandi, qui exterius eloquentia verborum
nitent et interius vacui sapientia manent.
Eloquia autem sacra exterius incompta verbis
apparent, intrinsecus autem misteriorum
sapientia fulgent.”

Lucula noctis, 37 (E. Hunt ed., pp.321-2, ll.233-241).

Quid prodest in mundanis proficere doctrinis et
inanescere in diuinis, caduca sequi figmenta et
celestia fastidire mysteria? Cavendi igitur sunt tales
libri et propter amorem sanctarum scripturarum
uitandi. Qui exterius eloquencia uerborum
nitent et interius uacua uirtutis sapiencia manent.
Eloquia autem sacra exterius incompta uerbis
apparent, intrinsecus autem misteriorum
sapiencia fulgent.

Ysidorus ibidem (de summo bono libro III.).

Manipulus florū, Scriptura sacra bc

Sed

quid prodest in mundanis doctrinis proficere, et
inanescere in diuinis; caduca sequi figmenta et
celestia fastidire mysteria? Cavendi sunt igitur tales
libri, et propter amorem sanctarum scripturarum
uitandi. Gentilium dicta exterius uerborum eloquentia
nitent, interius uacua uirtutis sapientia manent;
eloquia autem sacra exterius incompta uerbis
apparent, intrinsecus autem misteriorum
sapientia fulgent.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3.13.2-4 (CCSL 111,
P. Cazier ed., p.236, ll.9-17).